gnuſ ab initio refigurabatur. deſeruiens
tuis preceptis: ut pueri tui cuſtodirentur
illeſi. Nam nubeſ caſtra eorum obumbrabat.
& ex aqua que ante erat terra apparuit
arida: et in mari rubro uia ſine impedi
mento. & campus germinanſ de pfundo
nimio. per quam omnis natio tranſiuit
que tegebatur tua manu: Videnteſ mi
rabilia et monſtra. tanquam equi enim
depauerunt. & tanquam agni exultaue
runt: magnificanteſ te domine qui libe
raſti eoſ. Memoreſ enim erant adhuc eorum
que in colatu eorum facta fuerant quemad
modum p natione animalium eduxit
terra muſcaſ. & pro piſcibuſ eructuauit
fluuiuſ multitudinem ranarum. Nouiſſi
me autem uiderunt nouam creaturam
auium: cum abducti concupiſcentia poſ
tulauerunt eſcaſ epulationiſ.
In allocutione enim [illegible] deſiderii aſcen
dit illis de mari ortygometra: & uexati
oneſ peccatoribuſ ſupuenerunt. non ſine
illis que ante facta erant argumentis
p uim fluminum. Iuſte enim patiebantur
ſecundum ſuaſ nequitiaſ: & enim detesta
biliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt.
alii quidem ignotoſ non recipiebant ad
uenaſ. Alii autem bonoſ hoſpiteſ in ſer
uitutem accipiebant. & non ſolum hoc
ſed aliuſ quiſ reſpectuſ erat illorum: quoniam in
uiti recipiebant extraneoſ. Qui autem
cum letitia receperunt hoſ qui eiſdem
uſi erant iuſticiis: ſeuiſſimis afflixerunt
doloribus. Percuſſi ſunt autem cecita
te ſicut illi in foribuſ iuſti: cum ſubita
neiſ coopti eſſent tenebriſ unuſquiſque oſ
tii ſui tranſitum querebat. In ſe enim
elementa dum conuertuntur. ſicut in
organo qualitatiſ ſonuſ immutatur.
& omnia ſuum ſonum cuſtodiunt.

Vnde eſt eſtimari ex ipſo certo uiſu poteſt;
agreſtia enim in aquatica conuertebantur
& quecumque erant natantia: in terram tran
ſiebant. Ignis in aqua ualebat ſupra ſuam
uirtutem: & aqua extinguentis nature
obliuiſcebatur. Flamme econtrario corrup
tibilium animalium non uexauerunt car
neſ coambulantium. nec diſſoluebant illam
que facile diſſoluebatur ſicut glacieſ bonam
eſcam. In omnibus enim domine magnificaſti
populum tuum & honoraſti: & non deſ
pexiſti in omni tempore. & in omni loco
aſſiſtenteſ eis. Explicit liber ſapientie.
Incipit prologus in eccleſiaſticum.
Multorum nobiſ & magnorum p legem
& pphas aliorumque qui ſecuti ſunt
illoſ ſapientiam demonſtratam
in quibus oportet laudare iſrl
Doctrine et ſapientie cauſa quia non ſolum
ipſoſ loquentes neceſſe eſt peritoſ. ſed eti
am extraneoſ poſſe & dicenteſ & ſcribenteſ.
doctiſſimoſ fieri. Auuſ meuſ Ihesus poſt
quam ſe amplius dedit ad diligentiam lec
tionis legis & pphetarum. & aliorum librorum
qui nobiſ a parentibus nostris tradita ſunt:
Voluit et ipſe ſcribere aliquid horum que ad
doctrinam et ſapientiam ptinet. ut deſi
deranteſ diſcerent et illorum periti facti ma
giſ magiſque attendant animo ad legitimam
uitam et confirmentur. Hortor itaque uenire
uoſ cum beniuolentia. & attentione. &
ſtudio lectionem facere. & ueniam habere
in illis in quibus uidemur ſequenteſ imagi
nem ſapientie. et deficere in uerborum
compoſitione; nam deficient uerba hebra
ica: quando tranſlata fuerint ad alteram
linguam; non ſolum autem hec: ſed & ipſa
lex et pphete. Ceteraque librorum non paruam
habent differentiam. quando inter ſe

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/9, fol. [2]v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68070)